



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 23. Concilium Lugdunense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII. num abscidit : & Philippus Sabaudus,  
A.C. 1245. ut Papæ honori consuleret, satisfactio-  
 nem quidem aliquam sed ægerrime ob-  
 tinuit.

## §. XXIII.

*Concilium Lugdunense.*

Festo S. Joannis die ad celebrandum  
 concilium statuto quam plurimi Præ-  
 fules ac duo Principes profani, Baldui-  
 nus Imperator Constantinopolitanus, &  
 Tolofanus Comes Lugduni aderant. Bal-  
 duinus Constantinopoli in templo S. So-  
 phiæ mox post adventum suum, scilicet  
 mense Decembri an. 1239 coronatus fue-  
 rat. Quamvis autem anno sequente de  
 Græcis terra marique haud levis momen-  
 ti victorias retulisset : postea tamen bel-  
 lo continuando maxime propter aerarii  
 angustias par non erat ; & exeunte an-  
 no 1244 cogebatur in Italiam venire fla-  
 gitatum opem a Papa Innocentio & ab  
 Imperatore Friderico, quos inter pacis  
 consilia una cum Comite Tolofano agi-  
 tabat modico successu, ut vidimus. In-  
 terea Græcus Imperator Vatacius Re-  
 gno Theffalonicensi, quod Joannes Com-  
 nenus tenuerat, in ditionem redacto,  
 suam indies potentiam augebat. Con-  
 cilio etiam Friderici Cæsaris Legati in-  
 tererant, quorum primus erat Thaddæus  
 Sues-

*Ducang.*  
*hist. C. P.*  
*p. 120.*

*p. 130.*

*Matth. Par.*  
*p. 582.*  
*to. XI. Conc.*  
*p. 658.*



Suessius Eques ac legum Doctor; nomi- Sæcul. XIII.  
ne Regis Anglorum Comes Bigodus, a- A.C. 1245.  
liique viri nobiles, & quorundam Princi-  
pum Oratores.

Comparebant centum quadraginta  
Præfules tum Episcopi tum Archiepisco-  
pi, quos autoritate præcedebant tres  
Patriarchæ Latini Constantinopolitanus,  
Antiochenus, & Aquilejensis seu Vene-  
tus. Multi etiam Procuratores Præsu-  
lum absentium, quos excusabant, & Ca-  
thedralium Collegiorum Nuncii aderant.  
Abbas ad S. Albanum in Anglia mona-  
chum misit, quem Clericus comitabatur:  
& ex his sine dubio Matthæus Paris e-  
jusdem cœnobii Religiosus singulas hu-  
jus concilii res comperit, quas in historia  
sua enarrat. Ex Hungaria a Tartaris  
vastata nemo, ex Germania pauci Præ-  
sulum venere ob dissidium inter Papam  
& Imperatorem, per quem illud eis non  
licebat. Præfules Terræ sanctæ ne vo-  
cari quidem poterant ob incursionem Co-  
resmianorum. Solus Episcopus Bery-  
tensis adfuit, tristis hujus rei nuncius,  
& omnium illius regionis Christianorum  
Procurator.

§. XXIV.

*Congregatio præmissa.*

Die lunæ post festum S. Joannis, vigesi- 26. Jun.  
mo sexto Junii an. 1245 Papa con-  
cilli